

# Beatissime Pater.

178  
185

Numismata, quibus Beatitudo vestra, præterlapsis diebus me famulum  
suum quantumvis indignum cohonestare non fuit dedignata; tanto utiq; ma-  
iori exuberantis animi gaudio accepi; quanto grandiori ab eo, qui diuinarum  
humanarumq; <sup>rerum</sup> vnicum in Terris Arbitrum agit, immerito me honore affectum agnosco.  
Et uti illa prægrandis animi eētypa sunt. ita quoq; munus prorsus singula-  
re, ceu κειμήλιον longè præstantissimum, magni facio. Exponetur illud in  
tenui museo non cluntaxat, tanquam Beatitudinis vestræ præstita in me bene-  
ficentia *μνημόβουρον* cedro perennius; Sed et ueluti Sapientie, pietatis,  
magnificentie, cæterarumq; virtutum planè cælestium speculum Exteris  
omnibus ad contemplandum propositum; <sup>quanta</sup> ut *magna* mentis *Tvæ* quæ uiget,  
fæcunditas, ad diuini Nominis gloriam, Ecclesiæq; splendorem quotidie pariat,  
cunctis enarrent populis, tanti Pontificis sapientiam in uniuersas mundi Semitas  
diuulgent. Sed *Societatis* nostra Patres, dum, quæ pro innata *Tvæ* benignitate  
et clementia concessisti, spectant donauit; unâ quoq; beneficiorum a *Beat. Tvæ* in eam  
nullo non tempore collatorum memores; uelut totidem sigillis, uenerandam *Tvæ*  
memoriam, in intimis cordium thalamis, indelebili gratitudinis affectu imprimant.  
Vale Beatissime Pater, Deo, Ecclesiæ, Orbisq; diu superstes.

Ex Coll. Rom. 20 Sept. 1662

Beatitudinis vestræ

ad Beatiss. pedes in osculo sancto  
prostratus

Seruus humillimus et indignus  
Athanasius Kircherus

Littere ad Alex. VII Pontif.

Littere ad Alex. VII Pontif.

quae gratia agunt pro medaly  
transmissis.

*[Faint, mostly illegible Latin text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

Ex lib. 20. fol. 100.

Restitutio...

*[Faint text at the bottom left corner, possibly a library or archival stamp.]*